



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

64. De pœnis eorum, qui Episcopos, clericos, aut ministros Eccles. iniurijs afficiunt, & diuina ministeria conturbant, aut celebrari prohibent, & de modo celebrandi litanias, & pœnis eas ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

nec expectet, ut Episcopus iniuriæ propriæ ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis ultionem mereri. Quod si multitudo violenta per civilis apparitoris executionem adminiculo etiam ordinum possessionumque non poterit flagitari, quod se armis aut locorum difficultate tueatur, præfides provinciarum etiam militari auxilio per publicas literas appetito, competentem vindictam tali excessui imponere non morentur.

*Iustinianus Imperat. in Authent. Collat. 9. tit. 15. De sanctissimis Episcopis, & clericis. §. Si quis cum sacra. De pœnis eorum qui Episcopos, clericos aut ministros Ecclesiæ iniurijs afficiunt, & diuina ministeria conturbant, aut celebrari prohibent, & de modo celebrandi litanias, & pœnis eas concutientium.*

#### C A P. L X I V.

**S**I quis cum sacra ministeria celebrantur, in sanctam Ecclesiam ingrediens, Episcopo, aut clericis, aut ministris alijs Ecclesiæ iniuriam aliquam inferat: iubemus hunc verbera sustinere, & in exilium mitti. Si verò hæc sacra mysteria conturbauerit, aut celebrare prohibuerit, capitaliter puniatur: Hoc ipso & in litanijs, in quibus Episcopi & clerici repariantur, custodiendo. Et si quidem iniuriam solum

solum fecerit: is verberibus exilioque tradatur. Si verò etiam litaniam concusserit, capitale periculum sustinebit, & vindicare iubemus non solum ciuiles, sed etiam militares iudices. Omnibus autem laicis interdicimus litanias facere sine sanctiss. Episcopis, & qui sub eis sunt reuerendissimis clericis. Qualis enim est litania, in qua sacerdotes non inveniuntur, & solennes orationes faciunt? Sed & ipsas honorandas cruces (cum quibus & in litanis ingrediuntur) non alibi nisi in venerabilibus locis reponi, & si quando opus vocauerit ad litanias celebrandas, tunc solum ipsas sanctas cruces accipere eos, qui consuetè eas portare solent, & cum Episcopo & clericis litanias celebrare, hoc custodientibus sanctissimis locorum episcopis, aut etiam eorum clericis, & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo, presentis nostræ legis virtutem, aut transcederit, aut non vindicauerit, prædictas poenas patietur, monasteriorum & reuerendissimorum monachorum dispositione.

*Imp. Arcadius & Honorius A. A. in l. Si venerabilis C. De Episcopis & clericis. Violans privilegia Ecclesie punitur in quinq; libris auri.*

## CAP. LXV.

**S**i venerabilis Ecclesiæ privilegia, cuiusquam fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta, commissum hoc

Gg

quin-